



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quęstio 1. Cur paßionem prædicit?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

ubi Christus primum pollicetur. Ambitioni autem & errori de meritis debet resistere, non firmare mercedis pollicitatione hæret. Debat enim dicere. Omnibus relinquendis nihil meriti estis, sed peccatum suanatura mortale a vobis commissum est, peccatum nullo premio remunerandū, sed milles milles inferno dignū. Verum longè alia mens filii Dei, verba vite æternæ habentis. Nam proposito brauiō ad certamen discipulos hortabatur. Absurdissima igitur est interpretatio. Primi, hoc est, hypocritæ, qui spera Christi gratia suis confidunt meritis, ut Petrus & Apostoli, erunt nouissimi. Hoc est: Aeternū damnabuntur. Et nouissimi, hoc est, qui non confidunt suis meritis, sed de electione sua certissimi sunt, erunt primi, hoc est, Primi in celesti gloria dignitatis. Itaque primi qui toto die laborant, hypocritæ fuerunt, iuxta aduersarios, denarium pactus est Pater familias, sed labores rogo pensatur, imo denarius, quem dedit, inferi fuerunt, & illi adeo stolidi, ut plus peterent. Neque obstat textus apud Lucam. Eadem enim conclusiones ac sententiæ ex diuersis deducuntur, & ad varia probanda adhibentur, ut alias ostendi.

QVÆSTIO II.

Quomodo multi vocati, pauci electi?

§. 1. Vm nouissimorum & primorum commutationem prædixisset, concludit generali rem sententia. Multos vocatos, paucos electos. Ne quis miretur quod dixerat. Primos fore nouissimos, & contrariō fore nempe, ut illis qui longissimo tempore in Ecclesia laborant, æquentur alii, quorum exiguo tempore floruit industria: subiicit sententiam sane terribilem, modō primos vocatos cedere saepe postea, verum etiam ipsos vocatos, post longos in vinea labores repudiari & præmio excidere. Non modo non exsultant, sed omnino pereunt aliquando, ut in Lucifero, in Origene, Tertulliano, alisque exemplis nos edocent. Argumentum est igitur à minore. Si enim id fit in Ecclesia, quod minus conueniens, magis ablatum esse videtur, ut nempe retro acti labores in iritum cadant, nec vlla præmia sed æternæ damnatio fatigatos accipiat, quia defuit perfectio, quæ est tantum electorum: mirum videri non debet, inter ipsos vocatos non esse ex tempore vocationis, etiam operum merita, & mercedis disparitatem; quid enim noui illis contingere dicemus, si opinione minore mercedem accipiant, cum multi excedant, pauci saluentur. Itaque priores non modo sequentibus se opponere non debent, sed etiam vereri, ne cum postea sint electi, ipsi sint reprobi. Atque hæc ita dicuntur, non quod non etiam nouissimorum aliqui excedant, nam hoc par est periculum omnibus, quacumque hora vocatis, sed quia magna admiratio, & conturbatio otiri solet, cum manifeste deservunt illi, quorum diu in Ecclesia spectatus labor & vita probata est.

§. 2. Caluinus cum negasset, priore sententia qua dicuntur, Primi fore nouissimi, & nouissimi fore primi, confiteri Iudeos sentibus, aut reprobos electis; nomine quadrare, allueverat, quæ à quibusdam interpretatur sententia; multi vocati, pauci electi.

Quadrare sententiam iam ostendi, & quid negat, Christi auctoritati derogat. Additur etiam particula causalis, ut appareat alicuius esse dicti probationem. Imo etiam Caluini expositio admittere sententiam illam potest. Ille hoc Christum voluisse existimat: Eum qui prior vocatus est, alacrius currere oportere: alios ad communem palmā admittere libenter. Apostolos

vero, quia Ecclesiæ primitiæ fuerūt, eximii sibi aliquid sumere, eos moneri etiam. Alios, qui postea vocandi sunt, eiusdem gloriæ fore. Quia Deus nemini obstrictus sit, sed vocare quoscumque vult, & vocatis præmiū quale visum est, rependere. Summa igitur est: Inter eos qui prius aut posterius vocati sunt, præmiū non esse maius, aut ex temporum diuersitate. Imo crebro vocatos ex integro deficere.

VERSVS 17. 18. 19.

Et ascendens Iesus Ierosolymam assumpsit duodecim discipulos secreto, & ait illis: Ecce ascendimus Ierosolymam, & Filius hominis tradetur principibus sacerdotum & scribis & condemnabunt eum morte, Et tradent eum gentibus ad illudendum & flagellandum & crucifigendum & tertia die resurget.

QVÆSTIO I.

Cur passionem prædicat?

§. 1. Ascendit Ierosolymam ad agnum paschalem immolandum, & ut ipse verus agnus, pro mundo cadat victima. In Græcis additur *ἐν ἰερὺ*, in ierusalem, quod etiam Syrus habet; vetus interpret non legit. Iam passionem tertio prædicat, ut minus turbentur, nam vident fieri, quod prædictum fuit. Secreto autem id facit, turba nondum id constare voluit *ἡ ἄνθρωπος βασιλεὺς ἑαυτοῦ*, inter se & ipsos habet Syrus. Discipulos autem præcipue animari meditatione tanti certaminis oportuit, ne animo deicerentur, & spem omnem præciam Domini morte existimarent: deinde labores & crucis contumeliam, non autem quietem & mundi dignitates sibi proponerent. Cognoscerent etiam Dominum sponte, non coacte in mortem toties prædictam ire, ut se etiam resurrectionis spe erigerent, postquam primam prædictionem euenisse vidissent. Ita Chrysostomus, Theophylactus ceteri. Voluit & nobis identidem in memoriam reduci, quā in re nostra salus consisteret, quo nos precio redemerit.

VERSVS 20.

Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans & petens aliquid ab eo.

QVÆSTIO I.

Quid Salome petit?

§. 1. Marcus cap. 10. 35. Filios ipsos accessisse dicit: Nam ab ipsis initium petitionis erat, trempe matrem illi subornant, hæc filiorum ambitioni matunt. tēnis notis subleuit, Atque *ἡ ἄνθρωπος*, inquit Chrysostomus, pudore scilicet ambitionis matrem producit. Audierant de sedib. duodecim, inter eas sibi primas